

## AD LECTOREM

que Dogmaticorum cum Spagyricis  
harmoniam & pacem, ut ad hæc o-  
mnia, quæcunque copiose, & confuse,  
adeoque passim & sparsim in plurimis  
autoribus de arte Medica tractantur,  
commode & facile referri possint. Sed  
mirabuntur forte permulti, me cum  
ex Dogmaticorum Academia pro-  
dierim, Hermeticorum & Paracelsi  
Medicinam tractare, eamque in hoc  
Systemate Dogmaticæ passim jun-  
gere.

Sciunt autem me pro veritate hæc  
scripsisse, adeo, ut quæ Paracelsus  
erronea habet reprobem; quæ  
bona & utilia maximopere com-  
mendem. Galenicorum quorundam  
supercilium & vanitatem admiratus,  
quod eum, qui bonum aliquod in Me-  
dicam facultatem conferre voluit, tole-  
rare nequiverint, eiusq; nomen in hunc

):( 4

vsque